



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Io. Francisci Leonis Eporediensis I. V. D. Episcopi Thelesini Thesaurus Fori Ecclesiastici

Leoni, Giovanni Francesco

Coloniae Agrippinae, 1682

21 Facultas beneficia uniendi, dismembrandi, & ex causa foundationis, vel
dotationis, juspatronatus reservandi.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10316

Trident. dispositione delegata, quoscunq; simpliciter, vel ad cautelam absolventi, interdium tollendi, † & quascunq; pœnas moderandi, & in partem, aut in totum remittendi, & de Apostolis super quibusvis appellationibus respondendi, electiones, præsentationes, & postulationes quarumcunq; personarum utriusq; sexus, ad Monasteria, Prioratus, Præposituras, Dignitates, officia, & beneficia ecclesiastica cum cura, & sine cura, sæcularia, & quorumvis ordinum regularia, servata ejusd. Concilii Trid. forma, approbandi, & reprobandi, ac præsentatos, & approbatos instituendi, resignationes quorumcunq; beneficiorum, hospitalium, & aliorum piorum locorum simpliciter, vel ex causa permutationis, aut iurium cessionis recipiendi, & admittendi, & beneficia quæcunq; cum cura, vel sine cura, etiam si canonicatus & præbendæ, dignitates, Vicariæ, & cujuscunq; qualitatis existant, tam per resignationem hujusmodi, non tamen in favorem, quàm ex causa permutationis, aut per obitum illa obtinendum, seu alia quavis occasione, vel causa vacantia, & vacatura, ordinariæ collationi spectantia, & pertinentia, quibuscunq; personis, servatâ ejusdem Concilii formâ conferendi, & providendi, & pro augmento cultus divini, ubi opus fuerit, vigore eorundem decretorum sacri Concilii Trid. & aliàs, prout juris fuerit, † uniendi, difmembrandi, & nova beneficia erigendi, ex causa foundationis, vel dotationis, ad formam præd. sacri Conc. Trid. jus patronatus, & præsentandi, reservandi, beneficiaq; simplicia seminario puerorum, aut aliàs, cui, & quibus, ac quando, & ubi opus fuerit, eadem Concil. Trid. forma, & juris dispositione servata, uniendi, applicandi, &

incorporandi, ac eidem seminario officiales, rectores, & alias personas, pro illius recta administratione necessarias deputandi, & deputari faciendi, & pro illius subventionem, & aliis necessariis ad illius sustentationem, portionem fructuû quorumcumque beneficiorum taxandi, & applicandi, ac beneficiatos quoscunq; ad illorum solutionem cogendi, & compellendi, cogiq; & compelli faciendi, eosque, quibus de canonicatibus & præbendis provisum fuerit, in canonicos, & fratres recipi, stallumq; in choro, & locum in capitulo assignari, ipsosque in corporalem, realem, & actualem possessionem canonicatuû, præbendarum, dignitatum, officiorum, & beneficiorum, tam collatorum, quam unitorum, ponedi, & inducendi, seu poni, & induci faciendi, † fidelitatis, obedientiæ, & alia consueta juramenta, & servitia à vasallis, & subditis, ac personis ecclesiasticis quibuscunq; præstari solitis sibi præstari, & exhiberi petendi, & faciendi, illaq; recipiendi, de bonis feudibus, prout juris fuerit, quoscunq; in feudandi, & alienata, occupata, & illicitè distracta quæcunq; ad jus, & proprietatem ecclesiæ reducendi, & reduci faciendi, ac eaducitates declarandi, alienationes, & permutationes quorumcumque bonorum ecclesiasticorum in emphyteusim ad tertiam generationem, aut aliud tempus, vel ex causa permutationis Apostolica auctoritate, ut aliàs in casib⁹, à jure permisis concessorum, in evidentem utilitatem ecclesiæ, & non aliàs laudandi, & approbandi, & in casu devolutionis nomine ecclesiæ retinendi, aut si sibi videbitur expedire, justitiâ suadente, in utilitatem ecclesiæ, papæ beneplacito, quatenus opus sit, reservato, & non aliàs, aliter, nec alio modo, etiam